

## I. KYRIE

Kyrie eleison,  
Christe eleison,  
Kyrie eleison.

Lord, have mercy upon us,  
Christ, have mercy upon us,  
Lord, have mercy upon us.

## II. GLORIA

Gloria in excelsis Deo,  
et in terra pax hominibus  
bonae voluntatis,  
Laudamus te, benedicimus te,  
adoramus te, glorificamus te,  
Gratias agimus tibi  
propter magnam gloriam tuam,  
Domine Deus, Rex coelestis,  
Pater omnipotens. Domine Fili  
unigenite, Jesu Christe,  
Domine Deus, Agnus Dei,  
filius Patris,  
Qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis,  
[ suscipe deprecationem nostram,  
Qui sedes ad dexteram Patris,  
miserere nobis, ]  
Quoniam tu solus sanctus,  
tu solus Dominus,  
tu solus altissimus, [ Jesu Christe ],  
cum sancto spiritu in gloria  
Dei Patris, Amen.

Glory be to God on high,  
and on earth, peace to men  
of good will,  
We praise thee, we bless thee, we adore thee  
we glorify thee,  
We give thanks to thee  
for thy great glory,  
Lord God, heavenly king,  
Father almighty, Lord  
the only-begotten son, Jesus Christ,  
Lord God, Lamb of God,  
Son of the Father,  
Who taketh away the sins of the world,  
have mercy upon us,  
[ receive our prayer,  
Who sitteth at the right hand of the  
Father, have mercy on us, ]  
For thou only art holy,  
thou only art the Lord,  
thou only are the most high, [ Jesus Christ, ]  
with the Holy Ghost in  
the glory of God the Father. Amen.

## III. CREDO

Credo in unum Deum,  
Patrem omnipotentem,  
factorem coeli et terrae,  
visibilium omnium  
et invisibilium,  
[ Et ] in unum Dominum, Iesum Christum,  
Filium Dei unigenitum,  
[ et ] ex Patre natum,  
ante omnia saecula,  
Deum de Deo, lumen de lumine,  
Deum verum de Deo vero,  
genitum non factum,  
con substantialem Patri,  
per quem omnia facta sunt,

I believe in one God,  
Father Almighty,  
maker of heaven and earth,  
and of all things visible  
and invisible,  
[ And ] in one Lord, Jesus Christ,  
the only-begotten Son of God,  
[ born ] of the Father  
before all ages,  
God of God, light of light,  
Very God of Very God,  
begotten, not made,  
of one substance with the Father,  
by whom all things were made,

Qui propter nos homines  
et [ propter ] nostram salutem  
descendit de coelis.  
Et incarnatus est  
de spiritu sancto  
ex Maria Virgine  
et homo factus est,  
Crucifixus etiam pro nobis  
sub Pontio Pilato,  
passus et sepultus est,  
Et resurrexit tertia die  
secundum scripturas,  
et ascendit in coelum,  
sedet ad dexteram Patris,  
et iterum venturus est  
cum gloria  
judicare vivos et mortuos,  
cujus regni non erit finis.  
Et in spiritum sanctum,  
Dominum et vivificantem,  
qui ex Patre Filioque procedit,  
qui cum Patre et Filio  
simul adoratur et conglorificatur,  
qui locutus est per prophetas,  
[ Et unam sanctam catholicam  
et apostolicam ecclesiam, ]  
Confiteor unum baptisma  
in remissionem peccatorum,  
[ Et expecto resurrectionem ]  
mortuorum,  
et vitam venturi saeculi,  
Amen.

Who for us men  
and [ for ] our salvation  
came down from heaven.  
And became incarnate  
by the Holy Ghost  
of the Virgin Mary  
and was made man,  
And was crucified also for us  
under Pontius Pilate,  
suffered and was buried,  
And the third day he rose again,  
according to the scriptures,  
and ascended into heaven,  
and sitteth on the right hand of the Father,  
and he shall come again  
with glory  
to judge the living and the dead,  
whose kingdom shall have no end.  
And in the Holy Ghost,  
the lord and life-giver,  
who proceedeth from the Father and the Son,  
who with the Father and the Son  
together is adored and glorified,  
who spake by the prophets,  
[ And in one holy catholic  
and apostolic Church, ]  
I acknowledge one baptism  
for the remission of sins,  
[ And I expect the resurrection ]  
of the dead,  
and the life of the world to come,  
Amen.

#### IV. SANCTUS ET BENEDICTUS

Sanctus, sanctus, sanctus,  
Dominus Deus Sabaoth,  
pleni sunt coeli et terra  
gloria tua.  
Osanna in excelsis.

Benedictus qui venit  
in nomine Domini.  
Osanna in excelsis.

Holy, holy, holy,  
Lord God of hosts,  
heaven and earth are full  
of Thy glory.  
Hosanna in the highest.

Blessed is he who cometh  
in the name of the Lord.  
Hosanna in the highest.

#### V. AGNUS DEI

Agnus Dei,  
qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis,  
dona nobis pacem.

Lamb of God,  
who takest away the sins of the world,  
have mercy upon us,  
give us peace.